



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

114. An confessio facta principaliter ex fine veniali sit valida? Ex p. 4. tr. 4.  
& Misc. res. 212.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

# De Sacram. Pœnit. Resol. CXIII.&c. 167

tollit peccatum majus, scilicet peccatum ex certa scientia, quod non solum opponitur gratiae, sed etiam substanciali huius Sacramenti. His ita prælibatis, respondeo ad propositam dubitationem negati-  
venam ex defectu integratatis contra Vasq. & Suauem ubi supra potest dati Sacramentum informe, sed  
validum, sic Nuginius, & Ledesma loc. cir. Et casus  
est, quando penitentis habet sufficiendum dolorem,  
& confiteatur omnia peccata, quae occurunt memoriis, ad quod fecit aliqualem diligentiam, sed  
non ita, ut tota quanta necessaria erat, sed penitentis  
ex illa ignorantia mortaliter culpabiliter judicavit ta-  
lam diligentiam sufficiendum esse. Licet igitur haec  
confessio sit sacrilega, quia scilicet in illa peccat  
penitentis mortaliter, tamen valida est, quantum ad  
substantiam, ita ut non sit iteranda, & non teneatur  
penitentis eadem peccata iterum confiteri.

4. Ex hac doctrina recepta, ut dixi, communites  
& Thomistis, possunt Confessarij non raro excusare  
penitentes ab onere reiterandi confessiones. Regu-  
la vero ad cognoscendum, quando præparatio fue-  
rit sufficiens ad validitatem confessionis iterandæ,  
vel non iteranda, haec est. Si post confessionem plu-  
ria peccata occurrant memorie, quam in confessio-  
ne explicata sint, non fuit diligentia sufficiens. Si  
autem occurrant aliqua peccata multo pauciora,  
quam confessa, credendum est, quod fuit diligentia  
sufficiens, & a fortiori fuit sufficiens, ut confessio  
est validapud in similibus casibus non est homo  
obligatus ad iterandam confessionem; sed debet se  
acculare de illis peccatis non confessis, & de ne-  
gligentia saltem ad cautelam. Hoc Nuginus ubi su-  
pra, quæ Confessarij ad tollendos scrupulos mul-  
tum plausibilia futura esse confidit; & est senten-  
tia communis Patrum Dominicanorum.

## RESOL. CXIII.

An detur confessio validus, sed informis non solum re-  
spectu examinis, sed etiam respectu doloris? Ex  
part. 3. tract. 4. Ref. 65.

§. 1. Negativam sententiam docet novissime  
doctus Turrianus de Sacram. pœn. disp. 28.  
dub. 1. Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 9. n. 2.  
& alij, quos adduxi in ref. 51. tr. miscellan.

Quis est  
2. Sed affirmativam sententiam (ut ibi adnotavi)  
doctum communiter schola D. Thomas, & prater de-  
cim Doctores ibi citatos, tenet etiam hanc opinio-  
nem ex Theologis Societatis Iesu Pater Henricus in  
qua vide sum. lib. 5. c. 11. n. 1. ubi sic asserit. Integra per se &  
ex intentione dicitur illa confessio (& conjuncta  
alibi 115. absolutioni non est iteranda) quando resultat ve-  
rum Sacramentum informe (nempe quod ob alijs  
aliqd impedimentum frustatur fructu gratiae) ut  
si ex ignorantia accessit bona fides. Quidam tamen  
falso negant dati Sacramentum Penitentia informis.  
me. Est ergo verum Sacramentum, primò quando  
penitentis integrè confiteatur cum aliquo formalis  
dolore, & proprio excludente voluntatem pec-  
candi, & tamen non haber dispositionem prima-  
gratiae a Christo institutam. Nec impeditur veritas  
Sacramenti, si insufficiens sit dolor, ex mortali ne-  
gligentia, aut ignorantia quadam culpabili; nam  
concurunt omnia ad veritatem Sacramenti requi-  
sita. Secundò, si quis ex negligentia, & ignorantia  
culpabili oblitus est quotundam mortalium, ut  
multis peccatis, & variis negotiis irretitus, con-  
scientia sua latebras accurate non petquisivit, &  
sanctu in animo habuit facere integrum confessio-

nem. Hæc omnia Henriquez. Unde minime dubia-  
tandum est, hanc sententiam probabilissimam esse  
in praxi, & ideo possunt Confessarij excusare peni-  
tentias à reiteratione confessionis, quando fuerit  
informis ex defectu doloris, vel examinis. O quam  
suave, & leve est jugum Domini!

## RESOL. CXIV.

An confessio facta ex fine veniali sit valida? Ex  
P. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 212.

§. 1. **H**ic casus potest in praxi sèpius accidere, & affirmativam sententiam docet Sylvest. ver. Confessio 1. q. 7. asserens, Sacramentum pœnitentia quando suscipitur principaliter ex quo-  
eunque alio fine, quam remissionis peccatorum, esse invalidum; quia hæc sola est principalis effectus Sacramenti; ergo ea sola est principaliter inten-  
denda.

2. Sed si hæc opinio esset vera, plures confessiones  
essent iterandas; & ideo contrariam sententiam te-  
ndem esse putò cum Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 3.  
Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 9. 2. art. 3. dub. 2. & alij. Dico igitur  
Sacramentum Penitentia non fieri invalidum quocumque fine suscipiatur, dum in eo non  
peccatur mortaliter, quamvis ex eo principaliter, &  
tamquam ex motivo suscipiatur, dum etiam susci-  
piatur ex fine remissionis peccatorum, quamvis mi-  
nus principaliter, & tantum impulsivè. Ratio est,  
quia ex eo, quod hoc modo suscipitur, non deficit  
intentionis suscipiendi Sacramentum. Ergo non ex eo  
fit invalidum, quia valor Sacramenti tantum pendet  
ex dicta intentione, & ex partibus essentialibus il-  
lius. Sed hæc omnia adsum in casu nostro. Ergo, &c.

## RESOL. CXV.

An mendacium de peccato veniali, quod est totalis  
materia confessionis, sit peccatum mortale?  
Et quid, si tantum sit materia partialis? Ex part. 3.  
tr. 4. Ref. 95. alij 76.

§. 1. **A**ffirmativè respondent communiter DD. sup. doctri-  
na contenta n. 18. Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 6. cap. 8. n. 15. in hac Ref.  
Coninch de Sacram. disp. 6. dub. 3. n. 8. Fagundez  
lego Refol. precept. 2. lib. 3. cap. 2. n. 10. Angelus verb. confessio-  
scq & signa-  
ter in fine,  
n. 37. Armilla eodem verb. §. 6. Filliueius tom. 1. tr. 7. & in tom. 7.  
c. 4. n. 112. Megala in 1. p. lib. 5. c. 8. n. 7. Villalobos in tr. 1. ex Ref.  
sum. tom. 1. tr. 9. dub. 4. n. 4. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. 302. Vide  
art. 4. Suarez tom. 4. disp. 22. scđt. 1. n. 6. & alij com-  
muniter. Et ratio est, ait Suarez; quia penitentis in  
tali casu mentiendo efficit Sacramentum nullum,  
quia nulla materia apponitur forma.

2. Sed Philippus Faber publicus Theologiae Pro-  
fessor in Academia Paravina novissime in tr. de  
pœnit. in 4. sent. dist. 17. quæf. unica, disp. 14. cap. 3.  
n. 51. docet mendacium veniale, etiam quando est  
tota materia confessionis, esse tantum peccatum  
veniale. Ad rationem verò, quod forma redditur  
falsa, & nullum Sacramentum, responderet idem evenire  
cum materia est partialis; nam etiam quis par-  
tialiter mentiens, facit ut ex illa parte forma sit fal-  
sa, & sit sacrilegium; sicut qui proferet formam  
confessionis simul super panem triticeum, & hor-  
daceum, non minus peccaret, quam si supra hordeum  
tantum. Nec valet responso Suarez, quod  
non est par ratio de Eucharistia, & de forma con-  
fessionis.